



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Litaniæ, aliæque preces in Deiparæ honorem compositæ, n. 42

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

Rupertus. Rupertus lib. 7 de diuinis officijs cap. 25. Deipara omnium prima Christum filium à mortuis redituum accepit, quemadmodum cap. 11, ostendimus.

Cap. 11.

PEREGRINATIONES AD DEIPARAS AEMPLA.

Peregrinorum frequentia ad aempla Deiparae. Decimo, spectant quoque peregrinationes, quae si ad aliquem sacrum locum omnium gentium, & nationum concursu, frequentiaque celebres sunt: sunt certè Lauretum, Monestratum, Guadalupem, atque ad alia Deiparae loca, ut in illum illud faciam, nullam usque esse Prouinciam, nullum ferè Regnum, ubi non illustratum miraculis, consecratum aedibus, titulis insignitum, nobile aliquod Deiparae templum existat: quodve studiosorum quidem B. Virginis peregrinorum celebritate non clareat.

RELIGIONES, VRBES, PORTVS, INSULAE à Deipara nomen accepere:

Religiones quibus in honorem Deiparae nomen est inditum. 41. Vndecimo, huc spectant Religiosorum Ordines à Deiparae nomine appellati, cuiusmodi sunt ordines militares S. Mariae Teutonicorum, à quibus Prussia, & Liuania bello acquisita Christi fidem susceperunt, S. Mariae Montefra: aliquot item ordines Religiosorum Claustralium, nimirum ordo S. Mariae Montis Virginis, Seruitarum, Carmelitarum, S. Mariae Redemptionis Captiuorum de Mercede, & alij; quibus attexere possumus eos Religiosos, qui candenti habitu, Deiparae puritatis symbolo peculiare studium, ac pietatem erga eandem profitentur, ut puta Oliuetani, & alij; de quibus vberius capit. 34.

Cap. 34.

Vrbes.

Bozins.

Vrbes quoque, Portus, & insulae complures de nomine Deiparae dicuntur, quemadmodum obseruauit Bozins lib. 9. de signis Ecclesiae cap. 8. & 9. eiusmodi est Ciuitas in Prussia dicta Mariae Burgurosedes magni magistri ordinis Teutonicorum, à quibus fuit extracta, alia de Assumptione in Peruano regno, in Insula S. Dominici Vrbs S. Mariae Pacis, altera Conceptionis S. Mariae; in Insula verò Terzera Vrbs nostrae Dominae adiutricis In noua Hispania Ciuitas Conceptionis B. Mariae, altera Purificationis.

Portus.

Portus quoque plurimi in Indijs à Deiparae nomine appellantur: nam in noua Hispania erant Portus dicti de Conceptione, de Natiuitate, de Purificatione nostrae Dominae; in Iaponia verò ex Masseo lib. 3. epistola 5. Portus olim Vocociura, nunc S. Mariae Adiutricis dicitur.

In Insulae etiam aliquae idem nomen praesertim, in Adriatico quidem S. Mariae Tremitana, in Oceano vero Britannico S. Mariae Bouini, in mari Peruano S. Mariae Montis ferrati, Guadalupae Rotundae, & aliae locis Europaeis cognominis: Assumptionis in noua Francia, Conceptionis in India paulo infra aequinoctialem, teste Masseo libro 3. histor. Indicae.

Innumerabiles quoque Congregationes, sodalitates, confraternitates Deiparae insignitis titulis, ac patrocinio nobilitate maxime florent, nec sine vberissimo animarum fructu, cuiusmodi sunt, Rosarij Confraternitas, Sodalitas ex omni virorum ordine, quae in domicilijs Societ. Jesu erecta sunt, de quibus cap. 40.

Congregationes sodalitates, & confraternitates.

Cap. 40.

LITANIAE VARIAEQUE PRECES IN DEIPARA HONOREM COMPOSITAE:

42. Vndecimo, denique huc spectant complures, quae omnium ore pie usurpantur in Deiparae uenerationem concinnatae preces, & omitto quidem Canticum sacratissimum Magnificat ab ipsa Deipara editum, & salutationem Angelicam ex uerbis Angeli Gabrielis, S. Elisabethae, atque Ecclesiae constitam, propter cuius recitationem plurima à Deipara beneficia collata memorantur apud Caetanum lib. 7. exempli cap. 26. & seq. apud Thomam Cantiprat. lib. 2. apud, ca. 29. par. 9. Iacobum de Voragine in festo Annuntiationis, & apud Pelbartum lib. 4. par. 4. cap. 2. & lib. 12. parte vlt. c. 6. vide etiam in Speculo exempli. dist. 31. 32. & dist. 4. num 10.

Preces in honorem B. Virginis.

Caetanus Cantiprat. Iacobus de Voragine Pelbartus Speculus exempli.

Sed ad alias veniamus, profectè eius generis sunt preces, quae vel in Breuiario, vel in paruo B. Virginis officio, vel alibi passim leguntur, earum prima aliqua injuncta libuit hic apponere, quas Deiparae cordi esse, complura ab eadem eas recitantibus persita beneficia non obscure declarant. In harum numerum referuntur Litaniae Deiparae ex varijs eiusdem titulis honorificis, ac typis collectae, quae in sacra aede Lauretana certis diebus praesertim in hebdomada, festisque Deiparae dicatis decantantur. His adde Hymnos.

Officium B. Virginis.

Anc.

*Aue mariu stella, &c.
Quem Terra; Pontus, Aethera, &c.
O Gloriosa Domina, &c.*

Quo hymno S. Antoninus Patavinus daemoneum praefocare conatum effugavit, & imminente morte Virgini se commendavit, quemadmodum c. 35. dicemus.

*memento salutis auctori, &c.
Huius hymni sunt versus illi.*

*Maria mater gratia,
Mater misericordia,
Tu nos ab hoste protege,
Et hora mortis suscipe.*

Quos tum valentes, tum moribundi magna pietate iterant, quo Virgini in eo articulo se commendat: quin etiam, quemadmodum narrat Peibartus libro 10. Stellarij par. vlt. c. 3. ex Ioanne Egidio seu Iunioris Ordinis Praedicatorum, in libro qui inscribitur Scala Coeli. Quidam paternis bonis dilapidatis, spe pecuniae adipiscendae in nemus a praestigiatore quodam perductus coepit a daemone ad Deiparam abnegandam vrgeri, sed iuuenis terrore percussus, hos vesiculos: *Maria mater gratia, &c.* quos quotidie recitare consueverat, contenta voce pronunciat, sicque daemon iratus, praestigiatoris praefocato statim euannit. Adde & Antiphonas.

*Alma Redemptoris mater, &c.
Aue Regina Caelorum, &c.
Regina Coeli latere alleluia, &c.*

Quam Antiphonam ab Angelis decantaram, & a S. Gregorio Papa ultimo vesiculo adiecto completam c. 20. diximus.

Salve Regina, &c.

Huius Antiphonae auctor, quamuis a Durando lib. 4. ration. diuin. officiorum cap. 22. & a Claudio Rota in legend. Sancti cap. 177. dicatur Petrus Episcopus Compostellanus: communiter tamen existimatur Hermannus Contractus Deiparae (a qua scientiam consecutus est) studiosissimus, id enim testantur Tritem. lib. 2. de viris illustribus S. Benedicti c. 84. Genebrardus libro 4. Chronic. Canisius libro 5. cap. 13. Bellarminus lib. 1. de bonis operibus in particulari, cap. 15. cumque solemnisset in Germania teste Caesario l. 7. Exemplorum, cap. 30. & in Gallijs, Gregorius IX. Auctore Abbate Urspergensis in fine horarum eam per omnes ecclesias decantari iussit: Inter opera quoque S. Bernardi leguntur sermones de ea, & S. Bonaventurae tom. 2. opusc. Rhythmis

eam celebrauit. Eandem Antiphonam Nauarius in manuali de oratione cap. 19. num. 184. testatur, ut supra dixi, ab Angelis in Ronca Valle cantari solitam sabbatis apud quendam fontem, qui iam inde vsque in praesentem diem *Fons Angelorum* appellatur: addit praeterea Nauarius a quibusdam eam appellari *Nauticam*, propterea quod Nautae praesertim imminens naufragium metuentes, magna cum intentione animi eam religiose vsurpant. & Bozcius libro nono de signis Ecclesiae cap. 8. *In mores, inquit, inductum est, ut omnis Christianus singulis eam diebus Deipara dicat.*

Porro complura miracula in eorum beneficium, qui *Salve Regina* pie recitare solebant, narrat Caesarius lib. 7. exempl. cap. 30. Thomas Cantipratensis in lib. 2. apum cap. 29. parte 22. S. Antoninus 3. parte historiae tit. 23. c. 3. § 2. & Speculum exempl. dist. 7. n. 4243. & 44. In precationum quoque numerum referuntur Rhythmica illa precatio, quae in officio paruo B. Virginis inscribitur: *Planctus B. Mariae* cuius initium: *Stabat mater dolorosa*. Eius auctor a nonnullis existimatur Gregorius Papa, teste S. Antonino 3. par. hist. tit. 22. cap. § 32. & Philippo Bergomate in supplemento ad annu 1299. his denique ascribi possunt orationes illae, atque Antiphonae.

*Obsecro te Domina sancta Maria, &c.
O intemerata, & in aeternum benedicta, &c.*

Quae in Deiparae, & S. Ioannis Euangelistae honorem dirigitur, eam S. Edmundus adolescens, postea Archiepiscopus Cantuariensis recitare solitus, cum die quadam illam ex obliuione omisisset, in sequenti nocte a S. Ioanne Euangelista, qui eidem per quietem apparuit, & grauem ferulae ictum comminatus est, ne eam in posterum omitteret familiariter est persuasus, ita in eius vita apud Surium tom. 5. & Vincentius Beluacensis libro 31. specul. histor. cap. 73. Alius quoque hac eadem oratione daemone insidias euasit ex Vincent. l. 7. cap. 101.

*O Domina mea sancta Maria me in, &c.
O Maria Dei Genitrix Virgo gratiosa, &c.
Sub suum praesidium, &c.*

Sancta Maria succurre miseris, &c. Desumpta ex Augustino ser. 18. de Sanctis. *Gaude Maria Virgo cunctas hereses, &c.* Atque haec cum pie decantaretur, aliquot contingere miracula, quae nos cap. 24. retulimus.

Nauarius

Boz. ius.

Caesarius.

Cantiprat.

S. Anton.

Specul. ex.

ampl.

S. Anton.

Philippus.

Bergomate.

S. Edmundus.

ad S. lo.

Euang.

monetur.

no assuetas.

erga Deip.

preces om.

mittat.

Vincent.

Beluacen.

August.

Cap. 24.

Beatrix namque es sacra Virgo Maria, &c. Quam laudem iuxta Sueffionem Urbem in Gallia concinentes Angelos exauditos in vigilia Assumptionis, testatur Thomas Cantipratensis lib. 2. apum, cap. 40. part. 7.

Cantiprat.

Præter eas, quas commemoravimus ad Deiparam preces, variae extant ad eandem precandi formulæ ex oratione Dominico, & salutatione Angelica ad certum numerum dispositis, ac repetitis, de quibus vterius cap. 39. Eiusmodi est Rosarium à sancto Dominico institutum, quod ex tribus quinquagenis salutationum Angelicarum, interiecta ad singulas decadas oratione Dominica constat, certis ex vita Christi & Deiparæ mysterijs, ut vocant, Gaudiosis, Dolorosis, & Gloriosis ad meditandum propositis. Eiusmodi est corona Deiparæ, quæ sex decadibus salutationum Angelicarum cum sua oratione Dominica continetur, adiecta tertio salutatione Angelica. Eiusmodi etiam est corolla, seu corona parva Deiparæ ex oratione Dominica tertio in honorem trium diuinorum personarum repetita, & oratione Angelica duodecies in honorem duodecim privilegiorum Deiparæ, quæ per coronam duodecim stellarum in Apoc. significatur, de quibus copiosius c. 39.

Cap. 39.

Apoc. 12.

DEIPARÆ IMAGINES, AC RELIQUIA, in Ecclesia præcipuo cultu insignes.

Imaginib. ac Reliquijs Deiparæ magnus vbiq. terrarum honor exhibetur.

43. Imagines, ac reliquias eorum omnium qui cum Christo regnant in cælis, magno quidem honore, magna à fidelibus religione coli solitas, satis est omnibus exemploratum. Sed tamen pietatem, ac cultum erga Deiparæ siue imagines, siue reliquias fuisse in Ecclesia semper eximium, ac propè singularem declarat magnificentissima ipsi excitata Templâ, festi ipsidem instituti dies, peregrinorum è remotissimis regionibus ad eas studiose accurrentium celebritas, ac frequentia: quin etiam eiusmodi cultum sibi cordi esse, crebris miraculis ipsorum vtilitatem edis, qui ab ea coram suis, vel imaginibus, vel reliquijs operam implorant, ipsa quotidie Deipara locupletissimè testatur.

IMAGINVM DEIPARÆ VSVS iam inde ab ipso Apostolorum tempore, eorumq. multitudo innumerabilis

ET quod spectat ad Deiparæ imagines, non commemorabo eas quas a libi in hoc opere præsertim cap. 20. & in tractatu de festis ac templis Deiparæ obiter attingimus, prætereò illam Deiparæ imaginem, à qua, vt cap. 20. S. Mercurius martyr Iulianum Apostatam iussus est interficere: omitto illam, quæ est S. Zopoli, cuius è dextera manu medicum vnguentum ad varios curandos morbos scaturire diximus eodem capite, nihil dicam de illa Virginis imagine, quæ Edessæ in Syria iussu S. Alexium in templum introduci, eiusque nomen, vt est in Breviario Romano, diuulgauit, & nunc quidem Romæ in eiusdem S. Alexij æde in marmoreo, ac sublimi tabernaculo, columnis nimirum quatuor subnixo, religiosissimè asseruatur: taceo imaginem illam, in cuius conspectu preces effudit sancta Maria Aegyptiaca, orantique eam Deiparam, vt Ierosolymitani templi aditus peccatis suis præclusus, per eam pateret: missas facio alias per multas, quæ in templis, vel Deiparæ Sanctissimæ vel Deo dicatis visuntur, dicam tantùm de antiquitate earum Deiparæ imaginum, quæ cum ipsa fidei Christianæ promulgatione exordium sumpsere, ac de earum in vniuersum multitudine, & utilitate.

44. Principio certum est, & consensum auctorum testimonio comprobatum, Dei Genitricem à sancto Luca Evangelista suis coloribus effictam, quod præter acceptam à maioribus traditionem, testatur Theodorus Lector libro 1. Collectaneorum (is autem ante mille annos floruit) Simon Metaphrastes apud Surium in vita sancti Luca: Nicephorus libro 14. capite 2. & libro 15. capite 14. Vicentius Belluacensis libro 23. capite 147. Sigonius libro 1. de Regno Italiæ: Canisius libro 5. capite 22. Bellarminus libro 2. de Imaginibus capite 10. Neque verò cum in vna tantum modò tabula Virginis formam pennicillo imitatum esse, sed in pluribus quoque tabulis, plures effigies expressisse, vel ex eo facile constat, quòd Romæ, quæ in sancta Maria Maiore extat Virginis effigies Urbis, & Orbis veneratione inclita, eam esse ex ipsa

Imaginib. B. Virginis præcipuo cultu insignis.

Breviario Rom.

S. Maria Maior. Imago Romæ à S. Luca depicta Theod. Lector. Metaphrastes. Surium. Belluacensis. Sigonius. Canisius. Bellarminus.